Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uid&e ergo qnm̄ ingeneratione una del&um est nomen eius sed & in hoc clementia est dn̄i crucifixerant eum & xlii annos dedit eis paenitentiam ego simpliciter dico propterea interfecit eos post xlii annos quia ex illis qui crucifixerunt dnm Nemo remanserat ex eis. iudas maledicitur utinam iuda iudaei maledicantur;

÷ In memoriam redeant iniquitas
÷ patrum eius in conspectu dn̄i;

Peccauerunt in deserto dimissi eis. nunc reputat illis q, tunc peccauerunt qnm dnm crucifixerunt. siue aliter interpr&emur & reputat illis crudelitatem homicidiorum eorum & nihil illis dimittitur;

÷ & peccatum matris eius non de-
÷ leatur;

Quae est mater iudae hierusalē quem in sanguine gaud& quae occidit prof&as & ipsū dnm suum.

÷ Pro eo quod non ē recordatus
÷ facere misericordiam;

Uid&is quanta clementia dn̄i est uid&eum cum ministris uenientem. uid&eum. uid&eum uenientem cum fustib; & porrigit illi osculum ille uenit ad prodendum & dn̄s osculum dat qui magistrum non timuit uel clementia uincatur.

÷ & persecutus est hominem inopē
÷ & mendicum;

Qui cum esset diues propter nos factus est dn̄s inopem se dicit & mendicum & qui sindiuitiis suis gloriatur. hab&is consolationem pauperes & dn̄s uobiscū pauper est;

÷ & conpunctum corde mortificare.

Quid est quod dixit. conpunctum corde quod & in euangelio dixit. Tristis est anima mea usque ad mortem. & iterum quando dixit pater si possibile est transeat calix iste a me. aliter hoc dolebat mihi & contristabar pro persequentib; me. q, nolebant paenitentiam agere ego in cruce pendebam & sanguine meo lauabam sordes eorum & ipsi nolebant agere paenitentiam. haec erant lacrime. haec conpunctio qnm persequentes me non potui saluare;

÷ Libera me quia egenus & paup sū.

dn̄s se pauperem dicit. ut pauperes consolar&ur. cum hominib; paup factus est. ut salutem nemo pauperū despicer&;

÷ & cor meum conturbatum est
intra me;

Vid&e quid dicit & cor meū turbatū ē intra me;